



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 35.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](#)

Sed peterem sacræ periturus somite flaminæ,  
Pelleret ut morbum nulla medela meum.  
O cuicunque sacer percussit corda Cupido!

Quisquis ô æthereo saucius igne cales!  
Si sic ægrotas, nunquam curere, rogamus:  
Sanus eris, si te, tam bona febris, habet.

**16.** Author finit materiam de lacrymis, &  
ignibus Stanislai.

**Epigram. de lachrymis solis.**  
*Claudite nunc pueri rivos: satis est lacrymarum.*  
*Claudite, ne nimis navifragemur aquis.*

Aliud.

Vela diu in salsis lachrymarum fecimus undis:  
Nunc mea, nunc aliâ naviget alnus aquâ.

**Epigram. de lacrymis & ignibus simul**  
*In Kostkæ lachrymis quantū superavim' æquor.*  
*In Kostkæ, quantos vicimus, igne, rogos!*  
*Hunc equidem tanto miror non æquore mersū*  
*Aut hunc in cineres non abiisse librum..*

Aliud.

Qui toties flamas, toties liber occinit undas,  
Quæ se fata manent, augur an ipse canit?

## ICONISMUS 35.

*Tyronum Praes minacissimas parentis literæ  
Stanislaο extradit, cum dicto: ADVERSVM TE  
BELLA CONSVRGENT. 2, Paral. 16. 9.*

**Epigram. ad Stanislaum.**

Cur tibi, cur manicas tuus, & cur Vincla parabat  
*Kostka, Pater?* dici si pater ille potest. (gnus:  
 Non manus est manicis, non est pes compede di-  
 Digna suis *palmis*, sed tua palma fuit.  
 Imò tegi toto debebas corpore *palmis*,  
 Nimirum toto Corpore *Victor* eras.

**ICONISMUS 36.**

*In tyrocinio affectibus suis perfectissimè impe-  
 rans Stanislaus: pro Epigraphe meritus illud: NON-  
 DVM sVBEVNTE SENECTÂ RECTOR ERAS. Si-  
 lius Italicus l. 7. de bello Punico.*

**Epigramma.**

*Tyro sis aliis: Rector mihi, Kostka, vocaris;  
 Quiterexistit am bene; Rector eras.*

**ICONISMUS 37.**

*Observantissimi Argi nil in vita & moribuu  
 Stanislai quod carperent, invenire poruerunt.  
 Epigraphe: Vnde ACCVSARENT eVM? Lu-  
 ca 6. 7.*

**Epigramma :**

*It nullus sine nube dies; nec libera nævis  
 Cynthia; nec maculis Sol caret ipse suis.  
 In Kostka nullus maculas tamen invenit Argus:  
 Perfectæ speculum Religionis erat.*

*Qui*